Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

qui uadit in corpus sed panis vite eterne
qui anime nre substantia fuerat. Iste panis
cotidianus est accipe cotidie. qd' cotidie
tibi prosit. Sancta malis possunt obesse.
Bonis sunt ad salutem. malis ad iudicium.
Unde apls. Qui mãducat et bibit indigne.
iudicium sibi mãducat et bibit. nõ qa illa
res mala est. sed quia malus male acci
pit quod bonũ est. Non enim mala erat
bucella que inde data est a dño. Salutem
medicus dedit. sed quia ille qui indignus
erat accepit. nõ prohibebat dispensator
pingues tenere in escam dni manducare
sed exactorem monet timere. Sicut iudas
cum bucellam tradidit xpus nõ malũ
accipiendo. sed bonũ male accipiendo iocũ
pbuit dyabolo. sic indigne quisqs sumes
corpus xpi nõ efficit. ut quia malus ẽ.
malũ sit aut quia nõ ad salutem accipit
nichil accipit. Corpus enim et sanguis dñi
nichilominus erat in illis. quibus dicebat
apls. qui mãducat et bibit. Hic quoniã
manducãdus est xpus. Quoniã ipe dix.